

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Centuria quæstionum illustrium ex iure libera tamquam quas p[ro]fuit Petro Leopoldo. J. V. D. examinandas proposuit Andr[ea]s Petrus Wolffr[um]. Regiomont. Franc. Jenæ.
2. Juris aliquot emendata, quæ p[ro]fuit Heinrico Bocero. J. C. pro Doctoratib[us] in v[er]oq[ue] Juris iurisq[ue] p[ro]fessionib[us] publicis disputationib[us] subiecit Georgius Wolfgang Dilbomannus, Neubiurg. Palatin[us] Tubingæ.
3. Propositiones Juris p[ro]fuit quas publicè discutendas proposuit, Christophorus Preibisius J. V. D. Resp. Conrado Carp[er]orio, Witteberg. Lipsiæ.
4. Dissertatio ad tit[ulum] 5. et 6. libri 2. ff. quam p[ro]fuit Christophoro Besoldo. J. C. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger, Tubingæ.
5. Diss[ertatio] de Jure Nat[ur]æ p[ro]fuit Johanne Gyphandro J. V. D. defensa à Georgio von B[er]g, Astenburg. Tubingan. Fr. Jenæ.
6. Diss[ertatio] de necessariâ defensione, p[ro]fuit Heinrico Bocero, J. C. proposita à Daniele Rantow. Tubingæ.
7. Conclusiones de Jurisdictione, quas eodem p[ro]fuit Doctoratib[us] in v[er]oq[ue] Juris iurisq[ue] p[ro]fessionib[us] publicis censuræ subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legalem de transactione quas p[ro]fuit Petro Theod[oro] J. V. D. pro gradu Doctoratib[us] in v[er]oq[ue] Juris iurisq[ue] p[ro]fessionib[us] publicis examinandas proposuit M. Georgius dist. Lipsiæ. Jenæ.
9. Diss[ertatio] de transactionib[us], p[ro]fuit Johanne Harprecht. J. C. præsummo in v[er]oq[ue] Juris iurisq[ue] p[ro]fessionib[us] publicis examini submissa à Georgio Langen. ibid. Tubingæ.

21. Diss. de Jure Mercatorum quam scripsit Christophoro Preibizio,
 J. V. D. publicè defendit Andreas Wemitt. Colon-March. Lipsia.
22. Diss. Jurisprudentialis, tum in geò et gratèly inominatis, et de p
 scriptis p'bis et in factum actionibus, tum in spee et gratèly d'ow
 des, facio et faciàs, ut et p'edificè d'seminatis p'scriptis p'bis
 et in factum actionibus, quam pro privilegij Doctoratù in v'roy Jure
 sequendis publico g'flicu commisit Valentiny Melasig. Branden
 burg. Marchi. Basilea.
23. Discursus adl. Naturalis. p. et si quidem p'curiam dem. n.
 ff. et p'scriptis p'bis, quem pro Corp' in cathedra publica g'sequendo
 omnium scrutinio exposuit Valentiny Melasig. J. V. D. Genea.
24. Diss. de Lignoribus et Hypothecis, quam scripsit Christophoro Be
 soldo J. C. pro summo in v'roy iure gradu g'sequendo publico dis
 positioni exhibuit M. Andreas Burkhardt. Tubingae.
25. Exercitio de Jure Matrimoniorum, quam patrocinante Johan
 netto Apprehlo. J. C. defendit Johannes Adamus Rappig. Geis
 lingen. Tubingae.
26. Diss. de Jure accrescendi, quam scripsit Philippo Hoffmanno,
 J. C. pro Doctoratibus privilegij in v'roy iure g'sequendis, publico ex
 aminè submisit Johannes Zabelig. Brandenb'rg. Heidet
 berg.
27. Positiones de Successione legitima, civili et feudali,
 quas scripsit Dominico Arumico J. V. D. examina delas proposuit An
 tonio Güntheris Mentis. Oldenb'rg. Genea.
28. Diss. de Successione intestati civili, quam scripsit Christo
 phoro Besoldo J. C. publico disquisitioni subiecit Johanne
 von Düring. Tubingae.

29. Theses de Donationibus, tum in geē, quam in spee, quas p̄sūt
Wilhelmo Schmuccio, S. V. D. ventilandas proposuit Andreas Lindt
J. H. Berol. March. Lipsiae.

30. Synopsis Donationum, tum in geē, tum in spee, quas p̄sūt Johan
ne Michaelē Benthero S. V. D. ad ventilandum exhibita ab
Andrea Franckemburgor. Wittenberg. Argentorati.

31. Positiones et Donationes, p̄sūt Christophoro Besoldo S. C., et
Lessa a Christophoro Förstner, Austria, Tübingae.

32. Diss. et Usurpationibus et dissi. temporis p̄scriptionibus, p̄sūt And
rea Bayero S. C., pro summo in vtroq; Jure gradu p̄sequendo
publicae censurae submissa à Mattheo Clausio, V. M. Siles.
Tübingae.

33. Diss. et Officio Judicis, quam p̄sūt Henrico Bueero, S. C., pro sum
mis in vtroq; Jure honoribus p̄sequendis publicae censurae submissa
Henrico Baumeister, Rosoch. Tübingae.

34. De regulis Juris, sive prima p̄actione generentium crediti,
eorum in bonis deoctorum, disputatio, p̄sūt Valentino Melasio.

S. V. C. discussioni tradita à Christophoro Frisio, Colon. March.
Berol.

35. Conclusiones de Privilegijs creditorum, quas p̄sūt Johan
ne Harprecht S. C., pro insignibus Doctoratibus in vtroq; Jure p̄sūt
quendis a se p̄sūt Johannes Schweigger Tübingae.

36. Diss. ad l. 1. ff. de v. o., quam p̄sūt Henrico Bueero, S. C., pro summis
in vtroq; Jure privilegijs p̄sequendis hinc Michael Schwei
ger. Viennensis Tübingae.

bio,
Lipsiae
et p̄
Loy
p̄bis
Ture
acta
do
Be
odis
han
eys
ANO,
cep
tel
Ax
Jo
m

37. Theses de Fideiussoribus, quas posuit Christophoro Besoldo. &c. dis-
sentiendas proposuit Stephanus Marchdrexler. Austr. Tubingae.
38. Diss. et Solutione obligationis ex contractu quam eod. posuit a.
fendis Christophory Henrichy Augustani. Tubingae.
39. Diss. et Juris, quam posuit Andrea Bayero. &c. Anst. M.
Johan Conrady Varenbiler. Stud. ardiary. Tubingae.
40. Diss. Juridico-Politica de Crimine Lesae Majestatis,
quam posuit Christophoro Besoldo. &c. pro summis in vtroque
privilegijs & sequendis publicis dignitationi submisit Stephanus
Marchdrexler. Laureaceosis Austrig. ibid.
41. Appellatum inra thesibus inclusa posuit Henrico Bocerio. &c.
pro sequendis summis in vtroque iure publicis censuras
submissa ab Henrico Volckmaro. diss. Tubingae.
42. Diss. ad lib. 1. Feud. quam posuit Johann Harprecht.
&c. pro summis in vtroque iure privilegijs & sequendis suis Mar-
ting. Lymelin. Tubingae.
43. Diss. et Collectis. Praesidit Henrico Bocerio. &c. pro obtinen-
dis summis vtriusque iurum honoribus tributa Johanne Isaaco
Andeleo. Tubingae.
44. Diss. Juridico-Politica de Arcanis Reipublicae, et Prin-
cipum et ipsos dignitatis progabira, posuit Christ. Besoldo.
&c. defensa a Daniel Ranjoro. &c. nobis. Tubingae.
45. Diss. Juridico-Politica de Nobilitate, eod. posuit
et def. a Carolo Christophoro a Schallenberg. ex. ibid.

Christo Praside 3.

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS

I. U. D. Philosophiæ practicæ Professor
publicus

Positiones hæc Juris
Controversas.

publicè discutiendas proponit

Respondente

CONRADO CARPZOVIO

V Vittebergenfi

in Auditorio Jureconsultorum.

die 3. Octobris, hora 7. matutinâ.



L I P S I Æ,

Excudebat LAURENTIUS COBER.

ANNO M. D. C. XVI.



Viris

Amplissimis & Prudentissimis

Dn. THOMÆ Gebzelteri,
Senatori ac Mercatori Lipsiensi
primario,

Fautori suo observando:

Nec non


Dn. ANTONIO Sommern /
Mercatori Lipsiensi itidem primario,

Fautori & Amico suo honorando.

Hanc Disputationem juridicam

D. & O.

Conradus Carpzovius.


IN NOMINE DOMINI NO-
STRI JESU CHRISTI.

Positio I.

SI res, (a) qualicunq; ex contractu, sive stricti sit juris (b) sive bonæ fidei, purè debita, post moram sit perempta, tum regulariter æstimatio eius temporis præstatur, quo res à tempore moræ, etiam extrajudicialis, (c) unquam fuerit plurimi. (d)

(a) non tantum certa seu species, uti volunt *Donell. ad l. 59. & 60. ff. de V. O. Vaud lib. 1. var. quest. 41. Bronch. 2. as. 19.* sed & incerta, in genere seu quantitate consistens, *l. fin. ff. de condict. tritic. l. quod sæpe 35. § in his 5. ff. de contr. empt. l. in re 8. § 1. ff. de condict. furtiv.* huius enim æstimatio propter text. alleg. ad tempus litis contestatæ secundum *Donell. & eius affectus* non erit reducenda: ne mora profit moratori & creditori noceat, contra *l. 173. § 2. & l. 155. ff. de R. I. (b) l. hominem 37. ff. mand.* qui text. loquitur de stipulatione, quæ stricti juris est, & dicit, si per promissorem steterit, tempus litis contestatæ non præcisè spectari. (c) Nam quod dicitur, moram alterius nemini nocere *l. 155. de R. I. & obligationem perpetuare l. 23. ff. de V. O.* non tantum de mora judiciali, sed de extrajudiciali quoq; accipiendum. (d) *l. in re furtiva 8. ff. de condict. furtiv. l. in hac actione 3. ff. de condict. tritic. Arum. in tract. de mora c. 8. videatur. Hum. in tract. de æstim. rer. sect. 1. q. 8.*

II.

Suus heres rem alienam in patris hereditate inventam, tit. pro herede usucapere non potest.

l. nihil 2. C. de usucap. pro hered. l. qui legatorum 2. § 1. ff. pro hered. Per hereditatem enim suo heredi nova possidendi causa non nascitur, cum in eo nulla sit hereditas *l. in suis 11. ff. de lib. & posth. & filios suos heredes etiam vivo patre bonorum paternorum quodammodo dominos esse existimatum est § sui autem 2. Inst. de hered. qual. & diff.* ut ita ex qua causa res quæq; habeantur à patre vivo, videantur & ipsi heredes ex eadem causâ habuisse. Sicq; nomina (hereditas & heres) in suis heredibus magis esse administrationis his delatæ, quàm nunc primùm quæsitæ successionis aut quæsitæ juris, apparet ex *d. l. 11. Covarr. ad c. possessor, § 5. de R. I. in 6. Donell. 5. comm. 14. Diff. Vigl. ad § sui autem Inst. de hered. qual. & diff. Vaud. lib. 1. var. quest. c. 4. Harpr. ad princ. Inst. de usucap. n. 96.*

A 3

Pætic

Præteritis liberis testamentum nullum est, (a) quantum ad institutionem heredis: Cætera verò, ut libertates, Legata, fideicommissa, (b) nec non substitutiones pupillares, (c) & alia capitula in eodem relicta salva manent; quamvis ab ignorante sint præteriti. (d)

(a) *N. 115. c. 3. in vers. si ve igitur & vers. si autem hæc omnia.* (b) *A. ex causa C. de lib. præter N. 115. c. 3. d. vers. si ve igitur, c. 4. §. fin. vers. si quid autem,* qui textus non saltem de materna, uti volunt *Anton. Fab. 20. err. 4. Gilk. ad d. A. ex causa,* sed etiam paterna præteritione & exheredatione loquuntur. Idem evincit hæc ratio; quod in d. N. voluerit Imperator præteritionis & exheredationis injuriam à liberis auferre; Filio autem præterito fit injuria saltem quoad institutionem. Deniq; si ob exheredationem iniquam totum testamentum non vitietur, *d. vers. si ve igitur* multò minus ob præteritionem, quod major injuria filio inferatur, si falsis criminationibus exheredetur, quàm cum silentio prætereatur, nec verbis lædatur contumeliosis. (c) *Donell. 6. comm. 13. & ad A. ex causa n. 7.* generaliter enim omnia alia capitula legibus concessa, quibus verbis sola heredis institutio excipitur, valere dicuntur, *d. vers. si autem, Donell. ad d. A. n. 10.* (d) nam sine ulla distinctione Imperator constituit, ut ex testamento, quantumvis quoad heredis institutionem irritò, debeantur legata, & cætera in eo relicta. *Donell. ad d. A. n. 9, vide Gilken. ibid.*

IV.

In conjunctione verbali locum habet jus adcrescendi, (a) in reali (b) & mixta jus non decrescendi. (c)

(a) *§ si eadem 8. Inst. de legat. l. unic. § ubi 11. C. de caduc. toll. l. si duobus 16. ff. de legat. 1.* In hac enim conjunctione est revera quod possit alteri adcrefcere, cum unus conjunctorum deficiat; Nam cum sint conjunctim ad unam eandemq; rem vocati, in partes tamen distinctas, sequitur, ut si unus eorum partem suam repudiet, ea alteri accedat. Et hanc sententiam cum *Donell. 7. comm. 3. Gædd. ad l. 142. de V. S. n. 10. Vultej. ad § fin. Inst. de donat. n. 10. contra Cuj. 24. Obs. 34. Ant. Fab. 6. conj. 1.* veriolem existimamus. (b) *l. unic. § ubi 11. C. de caduc. toll.* ibi dicitur, in hac conjunctione reali uno deficiente, alterum Collegatarium solidum legatum habere: quia sermo Testatoris omnibus prima facie solidum assignare videatur: Qui autem ab initio solidum habent, illis nihil accedere vel adcrefcere potest. Ulterius dicitur: Collegatarios suo concursu prioris Legatarij legatum minuere: At verò concursu non minueretur legatum, si defecta collegatariorum pars illa, quæ concursu minui dicitur, legatario adcrefceret. *Vultej. ad d. § fin. Inst. de donat. Anton. Govean. de jur. adcrefc. lib. sing. n. 10.* (c) Quia & hic ab initio solidum relictum intelligitur, ut nihil sit quod adcrefcere possit, *d. l. unic. §. 11 C. d.*

V.

Filius legitimam jure naturali ipsi debitam habens, non potest præterea ex l. Falcidia, vel Scto Trebelliano quartam, adeoq; duas quartas deducere.

l. 1. in princ. ff. ad l. falc. l. papinianus 8. §. quarta 9. §. 11. & 15. ff. de in off. testam. l. jubemus 6. C. ad Scto Trebell. Quandoq; enim apud heredem ex judicio defuncti quarta remanet, nihil deducere potest, §. sed quia 7. Inst. de fideicom. hered. & deductio quartæ heredi supra dodrantem gravato conceditur, §. sed quia 5. Inst. eod. cui autem quadrans relictus, non est supra dodrantem gravatus. Cujac. 8. observ. 3. Donell. 7. comm. 30. Anton. Fab. 11. error. 7. Hotom. Illustr. quest. 43. Gail. lib. 2. observ. 121. n. 4. Vaud. lib. 2. var. quest. 32.

VI.

Duo non possunt in solidum eandem rem possidere eodem genere possessionis: possunt tamen genere diverso, ita ut unus possideat civiliter, alter naturaliter.

l. si duo 3. ff. uti possid. l. & habet 15. §. eum 4. ff. de precar. l. pomponius 13. §. si is 7. ff. de acquir. poss. l. quod servus 24. ff. eod. arg. l. rei commodata 8. ff. commod. Et hoc exemplo de creditore & debitore est manifestum, quod debitor rei pignorate traditæ civilem retineat possessionem, creditor accipiat naturalem, vide eleganter Vultej. ad pr. Inst. de interd. n. 13. Dis. Cujac. 9. observ. 32 & 17. obs. 2. Borch. de acquir. poss. c. 6. n. 8.

VII.

Interdictum retinendæ possessionis, non potest cumulari cum petitorio.

l. incerti 3. C. de interd. l. ordinarij 13. C. de R. V. ubi dicitur, possessionis questionem prius decidi oportere, ut finitâ possessionis controversiâ, & hoc constituto, uter sit possessor, tunc recto ordine, ad petitoriam actionem procedatur. Nam & aliâ nisi exploratum fuerit, utrius illorum possessio sit, quod fit per interdictum retinendæ possessionis, non potest petitoria actio institui, cum & naturalis & civilis ratio suadeat, ut unus possideat, & alius à possidente petat, §. retinenda Inst. de interd. Suntq; planè contraria, possessionem sibi retinere, quod interdicto retinendæ possessionis intenditur, & tamen postulare, rem sibi restitui, quod fit per rei vindicationem, Donell. ad l. 3. C. de interd. n. 3. Hotom. illustr. quest. 31. Zang. de except. p. 2. c. 19. n. 18.

Ex stricti juris judiciis non efficiuntur bonæ fidei judicia, opposita doli mali exceptione.

Est enim exceptionis elidere & excludere actionem condemnationemq; eamve minuere, non mutare vel formam vel formæ qualitatem; quod evidenter probat *l. exceptio 2. l. exceptio est 22. ff. de except. prescript. & pres.* quod & nominatim de doli mali exceptione affirmatur *l. si rem 6. ff. eod.* Huic & juris ratio refragatur, cum non fieri possit, ut doli exceptio, quæ soli reo accommodatur, ejusq; defendendi causâ adinventâ est, actori quoq; prodesse debeat, ad constituendum bonæ fidei iudicium, quod alioquin strictum erat, & ad consequendas ex eo majores & uberiores præstationes, quas non consequeretur, si strictum mansisset. Et hanc sententiam contra *Cujac. 3 observ. 17. Vultej. ad l. unic. C. ubi conv. qui cert. loc. n. 14. & DD. comm. eleganter defendunt Coëd. de contr. & comm. stipul. c. 8. n. 28 Ant. Fab. 14. conject. 18. & 19. & in error. pragm. decad 9 err. 2.*

IX.

Actio ex stipulatu, per loci (a) & temporis (b) adjectionem non fit arbitraria.

(a) Nam qui ex stipulatione convenitur, si verè debeat, absolvi nunquam potest, cum iudex nihil nisi stipulationis verba ante oculos habere debeat, *l. quicquid 99 l. si ita 126. § Chrysogonus 2 ff. de V. O.* At in actione arbitraria interdum evenit, ut qui de illa cognoscit, etiam absolvere reum debeat, cautione tamen ab eo exacta, de pecunia ibi solvenda, ubi promissa est *l. quod si 4 ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. videatur Anton. Fab. 15. conject. 2.*
 (b) *l. 42. l. 11 § ff. de V. O.* ex quibus manifestum est, cum dies stipulationi fuerit adjectus, intra quem solvatur, ex stipulatu agi posse; ubi autem competit actio ex ipso contractu, uti hîc ex stipulatu, non datur arbitraria, *l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* Nec actiones, qualis & hæc est, quæ ex obligatione præcedente nascuntur, arbitrariæ sunt, cum tales ex mero arbitrio iudicis pendeant, neq; ex iis fiat condemnatio jure aliquo obligationis, sed ex eâ duntaxat causâ, quod arbitrio iudicis Reus non satisfecerit & præterea *Inst. de action. vide Anton. Fab. d. lib. 15. cap. 3.*

X.

Repressaliæ jure defendi non possunt.

l. unic. C. ut null. ex vicin. l. nullam 4. C. de exec. & exact. N. 52. Et tradunt Interpretes, ante Repressaliarum impetrationem, oportere justitiam esse denegatam, *Vvesenb. Cons 46. Coler de process. execut p. 1. c. 2. n. 271.* At jus Civile jubet, ut iudice inferiore justitiam denegante, adeatur superior & Principi supplicetur, *l. & in majoribus 20. C. de appellat. A. que supplicatio C. de precib. Imp. offer.* Quia & Repressaliæ ratione non nituntur, imò rationi naturali adver.

l. 11. C. de O & A. & naturâ iniquum sit alterum cum alterius damno & jacturâ locupletari, l. nam hoc naturâ 14 ff. de condict. indeb. c. locupletari de R. l. in 6. Sic Imp. Roman. non consueviffe Repressalias concedere, sed adversus eas potius privilegia conferre meminit *Gail. de pignorat. observ. 2. n. 3.* Et inter subditos Regni Gallia Repressalias esse abrogatas tradit *Cujac. ad d. l. un. C. ut null ex vicin.* Atq; inter illicita litium abbreviandarum remedia refert Repressalias *Vent. de valent. Parth. litig. lib. 2. c. 2 n. 30 videatur Heig. p. 12.*

XI.

Jurisdictio hodie regulariter ac in dubio, quo ad concedentem vel ordinarium communicativè, non privativè concessa & translata præsumitur,

Concessio enim jurisdictionis privativa, est quædam exemptio, illa siquidem eos, quos alteri soli distringendos committit, concedentis districtui eximit, talis autem in generali dispositione non præsumitur intercessisse, cum jure veniat extraordinario, quo in dubio Princeps uti non censetur. *Heig. p. 2 q. 40. n. 114.* Ad hæc jurisdictionem omnem à Principe tanquam à fonte fluere, tradit *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 14. n. 4.* quem ita fontes suos derivasse foras, ut nihil penes se remanserit non credendum, cum ille quoad jurisdictionalia velut mare neque augeatur neque minuatur. *Paurmeist. de jurisd. lib. 2 c. 4 n. 23.* Extat & ratio, quod in sermone generali, loquentis persona excepta intelligatur, arg. *l. inquisitio 18 C. de solut.* hoc maxime in Principis persona procedere affirmat *Menoch. d. lib. 2. præf. 18 n. 4.* Pro hac sententia in Camera conclusum fuisse testatur *Mysing. 6. obs. 99. n. 1. Videatur Zoanet. de Rom. Imp. n. 168. Paurmeist. de jurisd. lib. 1. c. 29. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 38. n. 22. Zang. de except. p. 2. c. 1 n. 162. Bocer. de jurisd. c. 8. n. 34.*

XII.

Principes Electores vivo etiam Imperatore ad novi Romæ Regis electionem procedere possunt.

Habet fundamentum in Bulla, quam vocant Auream, Caroli IV, ubi verba (quotiescunq; & quandocunq;) universalia sunt, & omnes casus, omneq; tempus comprehendunt; E. ad unum mortis casum restringi non possunt, *l. si ita 43. si pluribus seq. ff. de legat. 2.* Verba enim cum effectu non verbotenus sunt accipienda *l. 1. § hac autem 2. ff. quod quisq; jur. in. alt. stat.* Probaturque exemplo Venceslai, post Bullam vivo Carolo IV. electi, ex quo colligitur; Caroli, utpote auctoris hujus legis optimi interpretis, mentem fuisse eam, quod etiam vivo Imperatore, non obstant

judicijs suffultam ostendit *Heig. p. 1 q. 6 per tot. Arum. de jur. pub. disc. 4*
Matth. Steph. de jurid. lib. 2 p. 1 c. 2 n. 74. Iusta tamen causa, & ipsius Impera-
toris adsit voluntas.

XIII.

Imperator de bonis Imperii ante coronationem feudum
alicui concedere potest.

Imperatorem Romanum de bonis Imperii, feudum, etiam de novo
constituere posse *argt. est princ. tit. 1. lib. 1. feud. tit. 2 §. lib. 2 feud. l. 9 ff. ad l. Rhod.*
de jact. l. 3. C. de quadr. prescript. Vultej. de feud. lib. 1. c. 5. n. 15. ipso jure autem e-
lectionis potestatem administrationis acquirere constat *ex Aur. Bull. tit.*
2. §. ult. ut sic coronatio non sit de substantia Imperiali, quod exemplis
probat *Tob. Paurm. de jurid. Imp. Rom. lib. 2 c. 4 n. 5.* & quod statim ex sola
electione verus Imperator sit nominandus & censendus, est in consti-
tutione Ludovvici Bavarirelata ex aliis à *Matth. Steph. de ju-*
rid. lib. 2 p. 1 c. 1 n. 124.

LAUSSIT ÆTERNE PIA TRINITATI.



Par
tho
ran
recta
ran
ubi
lum
temp
rebon
vlt
icium
h
t

venio metallico in fundo feudali recte, num ptineant
ad omni feudi directum, an v. ad vasallum. d. sp. 2. 13.
Ita num nomine an socio commodum fuis Regalis p. 12. 13.
th. 14.
v. f. m. s. n. a. n. y. an i. y. f. u. m. g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3. 9. coroll. 4.


01 A 6525


ULB Halle 3
002 935 813


R

1007







Christo Praeside 3
CHRISTOPHORUS PREIBISIUS
I. U. D. Philosophiæ practicæ Professor
publicus

Positiones haece Ju- ris Controversas.

publicè discutiendas proponit

Respondente

CONRADO CARPZOVIO

V Wittebergensi

in Auditorio Jureconsultorum.

die 3. Octobris, hora 7. matutinâ.



L I P S I Æ,

Excudebat LAURENTIUS COBER.

ANNO M. D. C. XVI.